



Ioannes apud Belgas natus est anno 1517. Is cum
 fœlici ingenio esset præditus, post prima litera-
 rum rudimēta in patria cognita, sese Lutetiam Pa-
 risiorum cōtulit, & omnis generis artibus operam
 dedit. In ijs etiā adeò profecit, ut magna laude do-
 ctis annumeraretur. postea Coloniā redijt, et sua
 eruditione omnibus innotuit. Itaq; & artium Ma-
 gister, & legum Licentiatus creatus omnium ap-
 plausu fuit. Huic doctrinę cōiunxit & uitę & mo-
 rum innocentia. Itaq; Antonij comitis, qui postea
 Elector Coloniensis fuit, pędagogus constituitur,
 atq; Ecclesię pępositura apud Cliuenses commit-
 titur. Verùm ipse hoc genus uitę mutauit, & uxo-
 rem duxit. quin etiam Vuilhelmus Iuliacensis dux eum in consilium adopta-
 uit, atq; in magno loco secum habuit. In ijs regionibus Iohannes studijs
 et uirtutibus conspicuus etiamnum superest, atq; ab omnibus pijs
 & doctis magna uirtutis commendatione agnoscitur.

Anon.